



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 123. Annus Sacer a Papa indictus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.
A.C. 1560.

sententia suffultus, quod Hispaniæ, & Franciæ Regibus Cæsari aquiescentibus, sine ulla mora Concilium Tridenti celebrandum indicere posset, ne ex tergiversatione Religio periclitaretur, ac indies magis, magisque labefactaretur: præterea sibi persuasum habebat Papa, quod Tridentinæ urbis electio in ampliore Ecclesiæ auctoritatem, majoremque priorum decretorum firmitatem redundaret, cum ab iis, quæ antea Tridenti sancita erant, nullatenus recedere vellet, veritus, ne Religioni præjudicium exinde inferatur: eapropter de Cæsaris, Hispaniæ, Franciæ, & Lusitaniæ Regum, necnon Veneti Senatus, ac Helvetiorum Catholicorum consensu certus die decima quinta Novembris rursus publicum Patrum conventum habuit, in quo Cardinalibus proposuit, quod Principes pro futuri Concilii Sede Tridentinam urbem communi suffragio comprobassent.

§. CXXIII.

Annus Sacer a Papa indictus.

Pallav. 6. 17.
num. 2.

Spond. hoc

ann. 11. 19.

Diar. Ma-

gist. cerem.

& Conc.

4. Nov. 1560.

Eadem die Pontifex Anni Sacri solemnitatem per Universum Orbem promulgari præcepit, eo fine, ut pro felici operis pii æque, ac necessarii, multisque votis exoptati successu necessariæ gratiæ a Deo obtinerentur: porro eum in

in finem Sarazinus, & Puteus Cardi-
 nales Jubilæi diploma concipere jube-
 bantur, quo die vigesima Novembris,
 necnon vigesima quarta ejusdem Men-
 fis subscripto, ac sigillis munito Ponti-
 fex solemnī supplicatione nudis pedibus
 a D. Petri Basilica ad Templum S. Ma-
 riæ supra Minervam incessit, comitan-
 tibus eum cunctis Cardinalibus, aulæ-
 que suæ Ministris. Interfuit etiam huic
 solemnitati Cosmas Florentiæ Dux, ex
 cujus tamen præsentia dissensionis oc-
 casio nata est inter Principum Oratores
 de loci dignitate, ac prærogativa cum eo
 contententes; (*) hi enim *alias ante*
Cru-

Sæcul. XVI.
 A. C. 1560.

(*) Hæc a Sarpio fuisse conficta mirum
 non est, utpote a Viro in adinveniendis fa-
 bulis foecundissimo, ea vero a Scriptore Ec-
 clesiastico, Continuatore nostro, suæ Historiæ
 inserta fuisse, haud tolerandum est, cum ea
 a Pallavicino ex testimoniis omni fide dignis
 confutata ignorare haud potuerit: ait enim
 ille: Narrat Suavis, nescio quid dissensionis
 tunc incidisse Cosmi causa cum Principum
 Oratoribus, de quo ne vestigium quidem
 comperio in narratione, qua minutula quæ-
 que profecuti sunt Magistri, sed solum, in ea
 supplicatione adfuisse Ducem Urbinatem, qui
 per eos dies Romam venerat, collocaturus
 in Matrimonio filiam Virginiam Federico Bor-
 romæo

romæo

Sæcul. XVI. *Crucem incedere soliti, cum viderent post
 A.C. 1560. eam sequi Episcopos, & post hos Ducem
 Florentinum inter duos minores Cardinales,
 hunc quoque sibi locum deposcebant, inde-
 que rerum perturbatio secuta, quam Papa
 ut compesceret, post aliquam altercationem,
 locum ipsis inter se, & Cardinales, qui
 ipsum præcedebant, designandum curavit.*

§. CXXIV.

*Tridentini Concilii diploma confectum,
 ac promulgatum.*

*Pallav. c. 17.
 n. 5. & 6. Postquam jambo Cardinales Sarazenus,
 Leure de & Puteus, qui antea Jubilæi literas
 Mr. de l'Isle confecerant, pariter Tridentinæ Synodi
 Ambass. de diploma formaverant, illud etiam die
 France a vigesima nona Novembris in Patrum
 Rome du 15. Senatu prælectum ab omnibus Cardi-
 Janv. 1562. nalibus*

romæo Pontificis ex Sorore Nepoti, noluit
 litem ibi de loco agitare: Ceterum Oratores
 pro more Umbellam digniores prius sustinere,
 alii, aliique subinde, quin reperio in solempni
 Cosmi Ducis ingressu Romam, cum ad urbis
 portam a Sanctæ Floræ, ac Ferrariæ Cardina-
 libus exceptus esset, deductusque inter ipsos
 medius ad Vaticanum, obviam illi processisse,
 quotquot erant apud Pontificem Principum
 Oratores, eundemque post exhibitam ab eo
 in Aula Regia obedientiam Pontifici, ab ipso
 una cum omnibus Cardinalibus convivio ex-
 ceptum fuisse, dato illi penultimo subsellio.